

(*) ACCIANA
P. SATRI. C. F.
CAM

Sed ut ad Inscriptionem revertamur, illius ^{videtur} evidens est; Licet enim frequenter *Coloni Colonia* in antiquis Inscriptionibus occurrant, omni tamen caret exemplo vetustatis Colonus hic Pisaurens, qui nude *Pisaurens*, vel *Patria*, vel *domo Pisauro* dici debuerat. Quod si eam ad L. Accii Tragædi tempora referremus, quis orthographiæ normam ferat? quis comparatâ hâc cum illius ævi Inscriptionibus, monstrum esse non exclamet? Quid demum de Lucretiâ Flaviâ dicendum erit? Sed nugas has nugacissimas relinquamus.

L X X I X.

PILLIAE. *Pillia* gens ex hâc Inscriptione prodit. *Pillia* habetur & in Gruter. pag. CMLXXXVIII. 9. & in Reines. Cl. I. 250.

Inter singulares notas D. M. visitur patera excavata cum tribus foraminibus; in aliâ Inscriptione XCI. patera cum septem foraminibus; similis n. CXL. sed unico ductu perforata. Excultas has fuisse in Inscriptionibus, quibus sepulchrales urnæ clauderantur ad excipiendas vel parentum, conjugum, filiorum lacrymas, vel funebres libationes, doctissime de more probat Fabrettus Inscr. Dom. Cap. II. pag. 67. usque ad 70. Vid. etiam Gor. Inscript. in Etrur. Urb. extant. Par. I. pag. 90.

Y

LXXXI.

(*) *Acciana dicitur Figulina P. Satrii C. F. Camilia, quia in fundo Acciano erat posita; prædica enim, ubi figulina erant, in eis notabantur. En in aliis ejusdem Musci Lucernis exempla.*

EX OFF. P. IVL. TAR.
AD PORT. TRIG.

in fundo Lucerna.

ANTONINI AT
TIBERINA P. CL.
MAXIM. SAC

in simili fundo.

C. ICCI VATICAN
in simili fundo.

Hinc Juvenalis Sat. VI. 35. & Vaticano fragiles de monte patellas.